

www.e-rara.ch

Caii Svetonii Tranquilli Opera Quæ Exstant

Suetonius Tranquillus, Gaius

Basileæ, M DC LXXV

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25541>

Caii Svetonii Tranquilli vita

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CAII SVETONII TRANQUILLI

VITA.



SVETONIUS TRANQUILLVS patrem habuit Suetonium Lenem vel, ut habent membranæ veteres, *Latum*, angusticlavium, qui bello Betriacensi, quo Otho imperium cum vita amisit, decimæ tertiæ legionis tribunum egit. Sub idem ferè tempus, vel non multo post, editum esse in lucem Tranquillum illud argumento est, quòd Domitiano Imp. fiscum Judaicum acerrimè agente, adolescentulum, & XX. an. à morte Neronis, adolescentem se ipse nominat. C. Plinio Secundo familiarissimè usus est, quod ex ejus epistolis satis superque liquet, unde & illud discimus, quòd hujus amici sui commendatione tribunatum militum adeptus, illum in Cæsennium Sylvanum, propinquum suum, transferre maluerit, quàm bellorum turbis implicitus, vitæ hanc tranquillitatem, quam ex litterarum cognitione hauriebat, dimittere. Homo quippe scholasticus & calamo magis quàm militiâ bonus. Ideòque *Magister epistolarum* ab Hadriano Imper. factus, eodem honore postea, dato successore, privatus est, quòd apud Sabinam Principis uxorem familiarius egerat quàm reverentia domus aulicæ postulabat. Cum parùm felix & sterile omnino matrimonium expertus esset, Plinii sui intercessione jus trium liberorum à Trajano impetravit. Ingenio fuit feracior: Etenim Vopisci judicio, scriptor emendatissimus & candidissimus, cuique familiare fuit amare brevitatem, & non tam verborum ornatum

Suet. in
Othone
cap. 10.
In Domit.
cap. 12.
In extre-
mo Ner.
Plin. lib. 3.
epist.

Plin. lib. 1.
epist.

Spartian.
in Hadr.
cap. 10.

Plin. l. 10.
epist.

In Firmo
tyr. c. 1.

In in Pro-
bo cap. 2.

quàm rerum veritatem sequi. Plurima eruditionis suæ monumenta reliquit, quorum pleraque injuriâ temporum absumpta, renatæ pridem litteraturæ ætatem non attigère: Nihil namque eorum præter XII. Cæsares, illustres Grammaticos, & aliquot Rhetores ad nos pervenit. Hæc verò illi scripta tribuuntur à Suida in voce *Τεράγκυλλο*.

Vita XII. Cesarum, octo Libris.

Περὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι παιδιῶν *α*. *De lusibus Græcorum, lib. 1.* Ex hoc quædam offert Tzetzes *Chil. VI. hist. 85.* & plura Eustathius in *Odyss. ῥαψ. α.* Pars fortè fuit librorum *Historiæ ludicræ*, quorum primum laudat A. Gellius, *lib. 1. c. 11.* Librum ejus *De puerorum lusibus* citat & Servius, in *V. Æneid.*

Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρῶν καὶ ἀγῶνων βιβλία *β*. *De spectaculis & certaminis Romanorum, Libri duo.*

Περὶ τῆς κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτῆ. *De anno Romano, Liber unus.*

Περὶ τῶν ἐν ταῖς βιβλίαις σημείων, *α*. *De Notis, I.*

Περὶ τῆς Κικερῶν πολιτείας, *α*. *De Republica Ciceroniana, I.*

Ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδίων ἔσθημάτων, καὶ ὑποσθημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς τις ἀμφιέννυται. *De nominibus propriis, & de vestium & indumentorum generibus.* Libri de genere vestium meminit Servius, in *VIII. Æneid.*

Περὶ δυσφημιῶν λέξεων ἴτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἐκάστη. *De Vocibus ominosis & imprecationibus.* Hujus libri περὶ βλασφημιῶν etiam mentio fit in *Etymologico magno*, voce *δέχολιπυρ*.

Περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἡθῶν, *β β*. *De Urbe Roma ejusque institutis ac moribus, Libri duo.*

Στέμματα Ῥωμαίων ἀδούρων Ἰππισήμων. *Stemmata illustrium Romanorum.*

Occurrunt præter hæc etiam Suetonii,

Libri *III.* *De Regibus* apud Aufonium, *Epist. 29.*

De institutione Officiorum Liber, apud Priscian. *lib. 6.*

Prætorum libri plures, apud eundem, nam etiam octavum adducit, *lib. 8.*

Suetonii *de Rebus variis* meminere Servius, in *VIII. Æneid.* & Sosipater Carifius, *lib. 2. Instit. grammat.*

De vitiis corporalibus, Servius in *VIII. Æneid.*

De illustribus Grammaticis & Rhetoribus scripta ejus habemus mutila.

Scriptit etiam vitas Poëtarum, inter quas Terentii, quæ vulgò Donato tribuitur, Horatii & fortè quoque Lucani ac Persii, quæ veteribus glossis præfiguntur.